

Legi optime mi Baderi, qua concionatoribus Saxonis  
scripsisti. Et valde dolet mihi tuam simplicem et rectam  
Ecclesiam Christi, justo celo et utiliter deseruientem  
spiritum, implicari his spinis, eorum impediri in colligen-  
dis ritibus, pascentis miseris gentibus Christi, tam pernicio-  
se passim errantibus. Utinam det Dominus, ut hoc stu-  
dium in docenda et urcenda iusta communicatione fide-  
liam inter se solidam, disciplina Christi inter eos  
restituenda consumas. Respondebo tibi breviter  
quid mihi videatur esse tibi respondendum ad illa quae  
concionatoribus Saxonis proposuisti.

Consentiam primum quod justificationis doctrina  
a qua tota nostra religio pendet, ne intelligi qui-  
dem, nedum recte tradi possit ab iis, qui non cogno-  
sunt per fidem, vel credunt et confitentur Dominum  
Iesum ad esse, quod esse eum scriptura testatur.  
Non dico, quod in veritate est, nisi ad in genere in-  
telligas, uti eum scripturae praedicant, nam quid sit  
deus in se cognosci ab homine non potest. in quo  
non dubito esse te consentire.

Consentis item, quod non minus recte credere oportet  
de humana in Christo natura, quam de divina,  
hoc autem omne ex scripturis petendum est. Jam  
ad questionem tuam, quae ut tu eam explicas, triplex  
est. Prima, an verbum Domini doceat humanam  
naturam Christi, sic manifestum Christi esse, omni-  
potentem naturam vel non omnipotentem.

Alteram, an humana natura Christi divinam omni-  
potentiam aeterni verbi ita perceperit per comuni-  
cationem idiomatum & proprietatem realem, non  
verbaalem, ut ea facta sit in tempore, humana natura  
in Christo ita omnino naturaliter propria, sicut ea  
ab aeterna omnino naturaliter propria fuit aeterno verbo.

Tertia

Tertia, an in adoratione Christi debeat divina et humana natura in eo ita una complecti et comprehendi, et adorari adoratione, quae soli Deo competit, sicut ambo naturae personaliter unitae sunt. Primum respondeo ad duas priores quaestiones, quod ob novitatem vocum et formarum loquendi alienam eam à scriptura tum à ratione rejicienda sunt. Nusquam enim scriptura ita loquitur; Ea enim dicit, verbum carne factum, filium Dei factum ex semine David secundum carnem, factum ex muliere, esse filium hominis: et huic patrem dedisse, omnem potestatem in caelo et terra, dedisse omnem iudicium, exaltasse supra omnia. Ratio tribuit posse facere, honorari vel adorari non naturae sed personae; actiones enim et actionum facultates vitiosae sunt.

Ad primam quaestionem per se. Ut condonemus tibi firmam loquendi alienam à scriptura, ac ideo tu vero quia vitiosam dicimus scripturam docere naturam humanam in se et ex se, non omnipotentem esse autem unitam verbo omnipotenti, quare recte dicitur filius hominis vel hominem. Christum Dominum esse omnipotentem, non autem naturam humanam id est de Anagnostis. ratio natura haec res facta à Deo est, et à verbo assumpta, de qua dixit Dominus: Non possum quicquam à me ipso facere Joh. 5.

Ad alteram quaestionem dico Non, et horreo hanc quaestionem à te proponi. Cuius enim aliquid tale legitur in scripturis? Deinde quis non videat, si omnipotentia sit ita omnino naturaliter propria humanae naturae, ut verbo est, propria omnino naturaliter, quae naturalis igitur. Per realem communicationem idiomatum, non verbalem iam esse eam naturam humanam, sed divinam naturam, soli u. Deo omnipotentia est omnino naturaliter propria, quae natura igitur.

signum Tollitur igitur omnino humana natura per  
eos qui hoc idioma etiam asserunt humana natura, Iuxta  
Monophysit Galat. esse ita propriam naturaliter, sicut  
est verbo propria.

Ad tertiam questionem dico ita: quia totus Christus i. per-  
sona Christi habens utramque naturam adorari debet  
adoratione competente soli Deo, hoc est, qua eum ut  
Deum vestrum et servatorem veneramus et invoca-  
mus, sic autem honor Christo Dño deferatur propter  
divinam naturam et personam, non humanam.

Cum autem dicimus, Domine gratias agimus tibi, quod  
mortuus sis pro nobis, et pro sanguine tuo peccata nostra,  
vel similia; in hac adoratione. tanetsi etiam totum  
Christum Deum et hominem invocamus, honorem tamen  
exprimimus et tribuimus ei, qui illi secundum quod homo  
est, competit, non secundum quod Deus, et potest dici adoratio  
competens mediatori non ut Deo, unde Saul dixit: Ubi  
Deus et unus mediator Christi homo.

Habes quid ego ex scripturis discere potui de tuis questio-  
nibus. Rogo vero et oro te per Christum servatorem  
et Deum verum, in tua sancta simplicitate, in qua  
ipsi ministrasti antehac, perseverare velis. Misteria  
hec non nisi ex scripturis per spiritum Dei dicere licet,  
eius igitur et sensus et verbis inhaeremus, respiciamus vero  
veritas fugiamus, Christum agnoscamus et confiteamur  
verum Deum, verum item hominem, non personam, ut  
Nestorius, seu natura et vera natura atque manente, ne illam  
tollamus cum Euticho. Datum huic gloriemur omne judi-  
cium, omnem potestatem at datam in tempore ut homini,  
quam ut Deus semper habuit, deo etiam rursus ponendam  
cum tradet regnum Deo et patri; non enim est hoc po-  
testas omnipotentia, seu potestas omnia restituendi et per-  
ficiendi filius Dei restitutus et perfectus. Hoc idioma est  
humana natura vel Christi Dñi secundum carnem et hu-  
manam naturam, cui ut Deo vel secundum naturam di-  
vinam tradere potestatem non auipere.

Ceterum

Coeterum te etiam vultis, rogo propter locum ad Hebraeos  
non detorqueas in alienum sensum Scripturam si reli-  
quam, quod attinet ad foedus, quod deus fecit cum populo  
suo. cui id ipsum foedus per Moysen, ut clare testatur, confir-  
mavit, quod cum eo in Abraham ante fecerat, ut esse  
scilicet. ~~Deum~~ deus eorum i. servator et vite aeterna  
servator; beatus enim est, cuius est dominus, nos illi in-  
siti sumus, illorum radix nos portat, eundem quem ipsi  
spiritum fidei accepimus, eundem illi spirituale  
cibum et potum perieperunt, multos illorum deus non  
probat, idem et nostris saepe contingit. Sicut  
illis tradita multa ceremonia corporales, sed ut  
pedagogia servirent ad Christum et exercitia et exorta-  
tula essent fidei ad verba visibilia, sine fide ab-  
minationes deo erant et perniciem abulentibus adse-  
rebant. Externa illis promissa sunt et nobis et utrisque pro-  
pter spiritualia. Terram Canaan et Jerusalem non  
propter se, non propter carnalem fertilitatem aut  
commoditatem, sed propter invocationem nominis  
Dei, cui haec loca delecta fuerunt et consecrata, tantum  
facit sermo Domini. In disputatione de veteri et novo  
testamento et collatione Moysi ac veteris sacerdotis cum  
Christo et eius sacerdotis Apostolos ita locutos esse. De veteri  
testamento ut eo Iudaei tum abutebantur contra Christum  
non ut deus illud tradiderat patribus, ut duceret homines ad Chris-  
stum, vel unus Pauli locus Gal. 4. clarissime docet; facit  
enim veteris testamenti homines servos, non filios, sed inimicos  
filiorum ac persecutores, et donum dei ejiciendos. At deus dedit  
Testamentum vetus Israel: ut primogenito suo, ut esset populus  
sacerdotum populus peculiaris, invocans eum in spiritu et veritate  
considera quod omnia in Moysi, Prophetis, Psalmis et scriptis Aposto-  
licis referantur. De separatione malorum, rogo etiam  
atque etiam, ne de ea contra quam scriptura docet, sis per-  
cutis et incidas in illud de figanis cum pernicie tritici, even-  
tendiq; consensus malorum vitandus est; cavendum ne ho-  
mines securi in peccatis suis per nos relinquuntur, ne dum  
fiant, at propter malos boni cuiquam suo jure et beneficio  
Christi

165

Christi fraudandi sunt. Dominus det, ut ipsum verè timeamus,  
et ita, ut etiam amemus, et ad eum confugiamus, non ab eo  
ut Petrus, aufugiamus. O quam bene currebas? O si per-  
specta haberes, quae nos in Schwentfeldio competimus.  
Amemus in eo quae Domini sunt, sed probe etiam ea ab ip-  
sò quae Domini non sunt, discernamus, sicut et in nobis ipsis  
et omnibus, scripsi hoc ad te, tantum ut prepararem utri-  
usque animum ad futurum et promissum colloquium. Ha-  
bes hæc meae cogitationes, quibus si responderis ante collo-  
quium, sicut etiam melius tuas. Vale in Christo Domino,  
per quem te oro et obsecro boni consulas hoc, quae ad te  
scribo. Ecclesia est sponsa Christi, quae nihil amare  
debet, nisi ardentius, nihil habere, de quo de qua sollicitius  
res de quibus agimus, ejusmodi sunt, ut salus Ecclesiae ab illis  
tota pendeat. Coniuncti inter nos sumus sincera charita-  
te Christi, quae summa in omnibus negotiis utitur libertate  
et agi omnia quam simplicissime postulat. Hoc pensi-  
tantem te confido, quae scripsi, boni consulturum, pari-  
enim ac majore. Si libertate, erga me, utare id gratissi-  
mum erit. Non enim dubito te Christum Dominum qua-  
rere, nec interest inter tuum et meum studium, quam  
quod ego metuo, ne Christum Dominum servatore popularem,  
ita addicamus paucis, eum severius sectantibus: ut ab eo dic-  
nemus, quod ad nos pertinet, multos ipsi à patre donatos.  
Licet nunc sequatur eum firmius, tu veri vereris, redun-  
regnum Christi patefacimus plurimis, haedos ovibus ejus  
commisceamus. Sed quia deum nemo fallit, et quae Dei  
sunt, nemo potest contaminare, quantumvis imundus  
nec absunt mali bonis, nisi hi illis consentiant in malis,  
videtur semper totis viribus in id incumbendum esse, ut  
Evangelium Christi predicetur omni creaturae et ad  
coenam ejus magnam ingredi homines etiam compul-  
lantur, sed evangelicè, simul tamen ut caveatur  
quam studiosissime, ne per nos securi frangi, qui peccant  
neve paulum fermenti totam massam fermentet. Sed  
quid

quid ego? Domini est nos docere, nostrum est tantum  
eius verbo admonere, id satis superque factum à me est,  
quod ad institutam preparationem colloquii nostri  
sufficit. Iterum atque iterum vale in Domino venerande  
pater & charissime frater. Wissemburgi 23. Maji  
1544. Inscriptio. Martinus Bucerus  
Tuus.

Fidelissimus seruo Domini nostri Jesu  
Christi D. Johanni Badero Rectori  
Landoviensis curatori, suo in Domino  
Fratri colendo & charissimo.